

CODEX 17. olim signatus 1/15.

Foliorum 145, 320 : 228 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. Tituli rubricati, litterae initiales praeter duas „Frowinianas“ artificiose delineatas minio tinctae sunt; nonnullae tamen erasae et per manum saeculi XII. ex eundem conspiciuntur reiectae figurisque decoratae.

Aurelii Augustini De Civitate Dei contra paganos libri decem priores.

Praecedit caput 43. ex libro secundo retractationum s. Augustini. Interea Roma Gothorum irruptione — gloriosissimam civitatem Dei. P. L. 32, 647—648. Ad calcem codicis aliquot folia per vim et nefas excisa sunt, ita ut liber decimus in capite 26. desinat his verbis: alios autem qui in terris ea quae patris sunt, et al || P. L. 41, 13—304.

CODEX 18. olim signatus 1/16.

Foliorum 123, 312 : 220 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abbe, quod probant versus sequentes in fronte codicis:

Hic Augustini liber est opus ac Froeuini,
Alter dictavit, alter scribendo notavit.

Rubricatus et rubris litteris initialibus ornatus, inter quas duae occurrunt, quibus manus non multo recentior figuræ adjecti.

1° Confessionum Aurelii Augustini libri tredecim. Fol. 1—122.

P. L. 32, 659—868, praemesso capite sexto libri secundi retractationum. Confessionum mearum libri — Magnus es domine. P. L. 32, 632.

2° Versus quatuordecim praeliminarii in apologiam beati Berchtoldi, abbatis Engelbergensis (1178—1197) contra Fal-sam et damnandam compilationem abbatis Burchardi in Turtal, de quibusdam justis ante passionem Christi de-functis. Fol. 123'.

Omnis homo hic sanctae quamvis studuit fore vitae . . .

*Ed. Neugart, Episcopatus Constantiensis, Friburgi 1862. I. tom. II.
167. Apologiam ipsam tres circiter quaterniones complectentem manus furaces
saeculo XVI. exeunte e codice excisam abstulerunt.*

*Cfr. Cod. 358. De b. Berchtoldo abb. cfr. Engelberg, pag. 41 sqq.
Wetzer und Welte's Kirchenlexikon. 2. Aufl. II, 389 sq. (Freiburg 1883.)*

CODEX 19. olim signatus 1/22.

Foliorum 144, 323 : 238 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abate, quod indicant in fronte folii 4. versus huius tenoris:

Hac in scriptura Frowine patet tua cura,
Hanc vigilis mentis quia scripsisti documentis.

*Codex bene rubricatus est ac litteris initialibus „Frowinianis“ insignitus.
Major pars folii 144. deest.*

1º Omeliae sancti Gregorii papae super Ezechielem prophetam. *Fol. 3'—142'.*

P. L. 76. 785—1072. Praecedunt (fol. 1'—3.) testimonia tam veteris quam novi testamenti [quae, cum] sanctus Gregorius curaret ipsa conexa testimonia sub typica vel morali expositione discutere, placuit . . . sub titulis vel capitulis notare.

2º *Tractatus de pronuntiatione litterarum consonantium. Fol. 143. et 144.*

Consonantes quae in qualibet dictione inter duas vocales vocantur — in illis invenires, ut instruo, monstruo, ut quid.

CODEX 20. olim signatus 1/18.

Foliorum 193, 315 : 230 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. ornatus litteris initialibus „Frowinianis“, utpote scriptus sub b. Frowino abate. licet hodie ab initio codicis folium desit. quo (teste catalogo msc. codicum anno 1787. per R. P. Carolum Stadler collecto) se offerebant versus sequentes:

Hunc famulis Christi, Frowine, librum tribuisti,
Ut Christo revocet, quos liber iste docet.

Additum est folio 120. supplementum quoddam minoris formae.